

VII.

Quo modo Polycletus statuam dicitur conficere, qui effectus à statuario tanquam à causa per se dependet, à Polycleto autem tanquam à causa per accidens, cum merum statuarii sit accidens, quod eo appellatur nomine; nec alius hic obvenit effectus, nisi is, quem statuarius sibi habuit propositum.

Sententiæ  
absonæ de  
Fortuna &  
Casu.

1o.

IIIX.

Quamvis verò censeant aliqui, fortunam & casum nullas esse causas, sed pura puta Ethnicorum fingēta; quin in divinam peccare providentiam ( à qua omnes effectus gubernentur ) qui fortunam & casum causis annumerant: his tamen simpliciter haud absentiendum, cum non uno modo, sed pluribus casus & fortuna accipiantur.

IX.

2o.

3o.

Qui enim illa pro causis habuere istiusmodi, quarum si omnia in hoc mundo inordinate vertantur & volvantur; (quod Epicureorum impiū fuit cōmentum) ut & qui fortunam pro ceca, & volubili globo insistente Dea proclamant, à qua omnes omnium rerum eventus dirigantur, illi sanè mentis laborarunt penuria, & protheis habendi.

X.

Quod verè  
de Fortuna

At qui eventus per accidens, effectibus intentis se conjungentes, & omnem præter spem & expectationem exorientes, ad fortunam & casum, tanquam ad causas per accidens, referunt, illi nihil à ratione abhorrens sentiunt, cum effectibus per accidentales etiam causæ assignandæ sint.

XI.

Quoties enim accidit, ut non solam hominibus, sed

sed